

*OD pvt*

IN  
HISTORIAM ATQVE ORATIONEM  
STEPHANI  
PROTOMARTYRIS

*Act. VI. et VII.*

---

COMMENTATVS EST

JOANNES CHRISTIANVS HENRICVS KRAVSE

COLLEGI REGII REPETENTIVM THEOL. ORD.

SODALIS.

---

AB

36 10  
i21

GOETTINGAE,  
JO. CHRIST. DIETERICH,

1780.

МНОИАЛО ОУОДА МЛЯОДДЕ

И КНДЛ  
АДЛГОДОДИИИ  
СИДИЕДИИ

СИДИА СИДЛКОДА РИДОДА СИДИДИ  
СИДИДИ СИДИДИ СИДИДИ СИДИДИ  
СИДЛКОДА СИДЛКОДА СИДЛКОДА  
СИДЛКОДА СИДЛКОДА СИДЛКОДА

СИДЛКОДА СИДЛКОДА СИДЛКОДА

СИДЛКОДА СИДЛКОДА СИДЛКОДА  
СИДЛКОДА СИДЛКОДА СИДЛКОДА  
СИДЛКОДА СИДЛКОДА СИДЛКОДА  
СИДЛКОДА СИДЛКОДА СИДЛКОДА

СИДЛКОДА СИДЛКОДА СИДЛКОДА

СИДЛКОДА СИДЛКОДА СИДЛКОДА

СИДЛКОДА СИДЛКОДА СИДЛКОДА

СИДЛКОДА СИДЛКОДА СИДЛКОДА

СИДЛКОДА СИДЛКОДА СИДЛКОДА

СИДЛКОДА СИДЛКОДА СИДЛКОДА

СИДЛКОДА СИДЛКОДА СИДЛКОДА

СИДЛКОДА СИДЛКОДА СИДЛКОДА

VIRO ILLVSTRI  
CHRISTIANO GOTTLLOB  
HEYNIO

S. R. MAIESTATI BRITANN. A CONSILIIS AVLICIS  
ELOQVENTIAE AC POESEOS PROFESSORI P. O.  
ET PROTOBIBLIOTHECARIO GEORGIAE  
AVGVSTAEE REL.

PATRONO ATQVE PRAECEPTORI

SVMMA PIETATE COLENDO

P R O

TOT TANTISQVE BENEFICIIS IN SE COLLATIS  
GRATISSIMVM ANIMVM

S I G N I F I C A T

OPVSCVLVMQVE HOC TENVE

D. D. D.

A V C T O R.

A 2

У҃ГІІЕУАТЯ  
ХРІЛЛОВО СКАЛАГІЯ  
СИУНІ

**H**istoriam atque orationem Stephani Protomartyris,  
quam Lucas in libro de vltimis rerum atque so-  
cietatis Christianorum incrementis exhibuit, esse  
inter loca N. T. difficiliora, vix opus est, vt moneam. Ut  
enim lector non, nisi rarius, verborum vel obscuritate,  
vel insolentia, vel ambiguitate impeditum fese sentiat;  
ita res, quae tum praeter veritatem, tum praeter fi-  
dem historicam narratae videntur, quam saepius ob-  
iiciunt legenti difficultatem haud minimam. Labora-  
runt iam dudum viri doctissimi, qui in Lucae ope-  
sculo commentariis exornando operam suam posuerunt,  
vt, quae offendere possent lectores, remouerent, quae-  
que vitio dari possent Stephano, diluerent, iniquo-  
rumque iudicu[m] reprehensioni subtraherent. Quanam  
vero hac in re fortuna versati sint illi, hoc eorum,  
qui euoluunt istorum commentarios atque consulunt, iu-  
dicio relinquam, bene persuasus, neque decere me pue-  
rum, neque esse me eum, qui virorum de sacrarum lit-  
terarum interpretatione bene meritorum operam atque la-  
borem iusto aestimare atque iudicare possim. Neque ta-  
men non cum orationem hancce explicare iusta interpreta-  
tione, notisque atque obseruationibus illustrare fuscipe-  
rem; hoc non eo consilio a me factum esse contestor, vt,  
quae adhuc in eam sint conscripta, reprobarem atque re-

iicerem, vel noua atque meliora iis subiicere sperarem: (arrogantiae enim est, eum, qui ad sacrarum litterarum interpretationem iam nuperime accesserit, docere velle eos, qui hisce in rebus diu iam consenuere) sed potius, ut tum vires exercerem meas hacce in oratione, tum ut publice proponerem specimen, ex quo, an iustam rectamque in interpretandis libris sacris rationem sequar, atque haud sine fructu in scholis exegeticis regia auctoritate habendis possim versari, iudicare licet.

Antequam vero opus ipsum adgrediamur, breuem libelli nostri descriptionem proponere fas erit. Primum quidem de Stephano ipso, eiusque ingenio atque moribus; deque eo, quod orationis dederit occasionem, pauca nobis sunt narranda. Deinde orationem ipsam interpretari, illustrare, difficultatum fontes atque caussas aperire, orationisque structuram argumentorumque compositionem atque summam proponere, nostrum erit. Tum orationis originem inuestigabimus, vel inquiremus: num illa sit vere dicta a Stephano? an ex Stephani ore a Luca perorata? Et alterum hoc si negandum sit, qua ratione ea in scriptoris manus potuerit peruenire? Quae quidem quaestiones afferent forte aliquid ad difficultates, quae ex vitiosa oratoris narratione oriri possunt lectori, soluendas. Viam denique atque rationem, qua ex illis possimus nos expedire, monstrare conabimur.

Primum

Primum igitur de Stephano ipso, eiusque ingenii atque animi indole. Erat noster ille, (quod veri non est dissimillimum) Ἐλληνιστ<sup>s</sup><sup>1</sup>, et ex eorum hominum numero, qui Christianorum egenorum habebant curam, pecuniasque a diuitibus collatas administrabant, atque inter egenos, senes, viduas, aliosque eius generis homines, qui victum sibi manibus parare non poterant, vel poterant quam difficilime, distribuebant. Act. VI, 1-5, Erat praeterea in magna pietatis, vitaeque integritatis celebritate; diuina miracula edendi potestate instructus, (v. 8.) ut omnium in se conuerteret oculos; nec non profunda christiana doctrinae cognitione ornatissimus (vid. v. 3.); iudaicaeque eruditionis (quod ex oratione eius haud difficile intelligitur) nequaquam expers, ut disputationibus cum Iudeis atque defendendae Christianorum caussae contra eos, par esset quam maxime.

Excitabantur aliquando contra Stephanum, vel ob paternas, ut videtur, religiones ab illo relictas, vel ob magnam inter ciues nominis famam, miraculosis rebus ge-

#### A 4

flis

<sup>1</sup> Stephanum fuisse Ἐλληνιτ<sup>s</sup>, sc. inter Graecos natum, graecoque sermone tanquam vernaculo usum, tum ipsius nomen prodere videtur, tum id, quod Iudeos extra Palaestinam natos habeat aduersarios, qui forte eum iam diu nouissent, quibusque ob pristinam consuetudinem maior esset potestas atque locus colloquendi cum illo disputandique. Huc accedit et hoc, ceteros, quos habuit Stephanus munieris collegas, græcis nominibus esse insignes, fuisseque ut videatur, Ἐλληνιτ<sup>s</sup>. Nec temere hi videntur ad egenorum curandorum negotiorum electi fuisse, cum ita omnis adimeretur suspicio atque metus, ne, quos Ἐλληνιτ<sup>s</sup> inter se haberent inopes, negligerentur.

stis comparatam, inuidia atque odio accensi homines iudaicae gentis, inter Graecos, (quod ex patriae terrae non minibus videtur constare) quondam nati atque educati, graeceque loquentes, qui colloquium ineuntes cum ciue, omni quaestioneum subtilitate vrgere eum, omnibus disputandi artificiis atque telis insistere, eumque inermem atque euersum relinquere, videbantur conari. Horum autem aduersariorum erant alii ex libertino genere, serui quondam Romanorum a Pompeio bello capti, manumissi vero paullatim dominorum munificentia atque liberalitate; alii Cyrenaicae gentis; alii Alexandriae nati; alii denique ex Asia minori, in primisque Cilicia oriundi<sup>2</sup>, vel isto tempore

<sup>2</sup> Vid. Acta VI, 9. — Genitiui omnes nominum gentilium, qui in graeco deprehenduntur, v. c. Λιθερτινων, Κυρηναιων, ceteri pendere videntur ab: ἐκ της συναγωγης. Iudeos solere vocem נָהָר, cui graeca συναγωγη respondeat, ad alicuius patriam designandam usurpare, videre licet ex Elia Leuita in Tischbi ad voc. נָהָר, cuius verba laudata inuenies a Vitrunga de Synag. vet. T. I. p. 113. sqq. et ex Buxtorfi Lex. chald. talm. et rabb. sub voce נָהָר. Itaque εις της συναγωγης καιρ. κ. αλεξανδρεων erunt Iudei Cyrene atque Alexandria oriundi. Sed συναγωγη cum Λιθερτινων iuncta patriam notare nequit. Λιθερτινων enim vocabulo non gens, nec patria, sed status atque conditio quaedam exprimitur. Tunc συναγωγη genus potius atque originem hominum videtur denotare. Inde τινας των ε. τ. συναγωγης - Λιθερτ. sunt quidam libertini generis; vel ipsi liberti, vel ex libertis nati, qui in patriam ex Italia redierant. Hisce hominibus suam propriam fuisse synagogam Hierosolymis, nihil constat. Saltem ex adiecto της λεγομενης nihil sequitur. Nam εις τ. συναγογης της λεγομενης λιθερτινων potest esse pro ε. τ. σ. των λεγομενων λιθερτ. νων. Eiusmodi inuersae adiectorum constructionis exempla et apud profanos scriptores inuenire me memini.

pore Hierosolymis degentes vel fixas ibi sedes habentes. Quorum autem laqueis, mira cum sapientia, eruditione, atque sagacitate <sup>3</sup>, dininaque dicendi quadam vi <sup>4</sup> sustentatus cum effugisset Stephanus; illi vehementiori ira exarsi, illud, quod in disputando superior esset, aegre ferentes, vindictam paraturi subornarunt homines abiectos, qui contumeliosa verba in Deum, Mosenque legislatorem, superstitionis quadam reuerentia cultum, Stephanum effusse, spargerent in vulgus, plebemque concitarent, ut numinis violati caussam, legislatorisque Iudeorum dignitatem imminutam vlciscerentur. Commota plebs vna cum Senatoribus Iudeorum atque Theologis manus iniecerunt Stephano, comprehensum eum in summum Iudeorum iudicium abduxere, et criminationum grauissimarum testes produxere improbos <sup>5</sup>, qui contumeliosa verba in sanctissimum locum <sup>6</sup> atque legem mosaicam audiisse argumentabantur: *Iesum nempe Nazarenum templum esse de-*

A 5

ſtru-

<sup>3</sup> Haec omnia inesse videntur graeco: τῇ σοφίᾳ v. 10.

<sup>4</sup> πνευμα, quod in graeco legitur, argumentorum pondus, orationisque gravitatem atque vim videtur significare.

<sup>5</sup> Testium improbitas non in eo cernebatur, quod proferebant rem falsam; (nam, quae dixisse accusabatur Stephanus, erant verissima;) sed quod ex Stephano ea audisse affirmabant. Vix ista ex eius ore exciderant, cum esset homo prudens, qui ciues offendere atque in Christianos excitare caueret. Quae forte sparsa essent a Christianis quibusdam imprudentibus, fuere arrepta a Stephani aduersarii, eiique vitio data.

<sup>6</sup> h. e. *templum*, v. Matth. XXIV, 15. Act. XXI, 28. LXX. Int. Est. IX, 8. Ps. XXIV, 3.

*struaturum, abrogaturumque leges a Mose praecriptas.*  
 Haec omnia animo intrepido audiuit vir constans, et mira oris inturbati, timorem atque verecundiam iniicientis, hilaritate <sup>7</sup> totius iudicum confessus oculos in se conuentens: excitatus tandem a summo Pontifice, num haecce ab accusatoribus illata ita sese haberent, interrogante, causam suam egit hacce oratione:

„Erigite, Patres et Ciues, aures mentesque vestras!  
 „Deus Optimus maximus <sup>8</sup> visus est quondam Abraham,

„mo,

<sup>7</sup> Graeca: οὐει - - εἰδον το προσωπον αὐτοῦ ἡσει προσωπον ἀγγελια. Describitur hacce loquendi ratione vel eximia sapientia, 2 Sam. XIV, 17 XIX, 27. vel oris dignitas atque maiestas, qua reges in primis solent reuerentiam incutere. v. Esth. V, 2. ex versione Alexandrina. Synonyma ratio videtur: εἰδαναι τ. προσωπον τίος ὡει προσωπον Θεος. Gen. XXXIII, 10. Timorem vero adhuc reuerentiam iniicere etiam potest os hominis nihil sibi consciit intrepidum atque hilare.

<sup>8</sup> Quo visus sum vocabulo, non omnino quidem conuenit graeco Θεος της δοξης: sed, romana lingua cum aptiori ac iustiori voce, quae hebraizanti huic rationi accurate respondeat, sit destituta, accommodatissimum atque optimum adhuc visum est. Θεος της δοξης varia potest significare ex variis της δοξης significatis. Δοξαν respondere in Alexandrina versione hebraica כבוד, satis constat; quae quidem vox in vetustioribus libris hebraicis v. c. apud Mosen, semper fere denotat Dei praesentis signum aliquod, in primis fulgorem illum, quo numen praesentiam in locis sacris prodebat, qui vulgo dicebatur שכינה. Lev. IX, 23. Num. XIV, 10. Sic et nubila atque atra tempestas, e quibus fulgura emicant, tonitraque prorumpunt, dicuntur כבוד רvhva. Exod. XXIV, 17. coll. XIX, 16. Inde dicitur Deus, qui in tempestatibus praesentem sese exhibet, אל-הכבוד, Θεος τ. δοξης. Ps. XIX, 3. Deinde solet כבוד usurpari, de factis diuinis miraculis,

fis,

,mo, parenti nostro, in Melopotamia <sup>9</sup> degenti, antequam

sis, quibusque omnipotentiam prodit hominibus Deus. Exod. XVI, 7. Num. XIV, 21. 22. Ps. XIX, 1. Omnino igitur videtur כבוד omne illud esse, quo Numinis supremi, eiusque maiestatis atque omnipotentiae sensus atque timor incutitur. Animi denique sensus hominum, qui numinis magnitudinem sentiunt, quique in laudes Dei solent erumpere, dicuntur etiam כבוד. Ps. XXIX, 1. 2. XCVI, 7. 8. Θεος τ. δοξης igitur est Deus, qui vel signo sese praesentem praebet, vel qui omnipotentiam prodit magnis rebus gestis, vel laudibus extollendus. Prior tamen notio h. l. obtinere videtur, cum de Deo videntum sese praebente sit sermo. Forte melius igitur erat circumscribendum: Deus maiestate maxima insignis.

<sup>9</sup> Si huncce locum comparaueris cum Gen. XI, 31. XII, 6. Stephanum nequaquam secutum narrationem Mosaicam, facile intelliges. Primum enim horum nihil legitur apud Mosen; nec Deum visum fuisse Abrahamo, antequam habitaret Carris, nec Abrahamum Deo monente atque iubente reliquisse Chaldaeorum terras; sed potius Teracho Patri impellente inde exiisse, atque Carras venisse. Sed vnde Stephanus illa? Num temere, vel casu, vel dedita opera ita finxit? Nil prorsus. Secutus fuisse videtur commentitias Iudeorum narrationes, qui duabus vicibus Deum Abrahamo visum fuisse, primum quidem, in Chaldaea commoranti, deinde Carris habitanti, eumque sedes suas relinquere iussisse, fabulabantur. Hasce narrationes iam Stephani temporibus regnasse, patet ex Philone, Stephani coaeuo, *de Abrah. migr. p. 11. 16. et 12. 8. Ed. Mang.* quae quidem loca et apud *Wettsteinium* cum Rabbinorum multis aliis inuenies. Deinde Abrahamus non exiit e Mesopotamia, sed e terra, quae Gen. XI, 31. dicitur ניר כשרים, apud LXX. γη χαλδαιων. Hancce vero Chaldaeorum terram nequaquam fuisse Mesopotamiam vel ex ipso loco luculenter appetet. Nam Carrae erant adeo Melopotamiae vrbs prope Euphratem. Quo tandem vero modo Abrahamus, qui Carras petit, dici potest, linquere Mesopotamiam? Fefellisse Stephanum videtur, quod Abrahamus ex Chaldaea exiisse dicatur, quo sub nomine loca Euphratem atque Tigrin interiacentia Stephani temporibus erant celebratissima.

ma.



„tequam habitabat Carris <sup>xo</sup>, hancce emittens vocem: Lin.  
 „que patriam atque cognatos, et, quam tibi monstrabo  
 „terram, pete. Exiit tum ille e Chaldaeorum terris con.  
 „seditque Carris: parente vero mortuo <sup>xi</sup> inde migrare  
 „eum

ma. Antiquitus vero, et Abrahami quidem aetate Chaldaeos hisce  
 in terris sedes habuisse nullas, sed inter Caspium potius mare Pon.  
 tunque Euxinum, primus nonstravit *Ill. Michaelis*, quem et Praece.  
 ptorem venerari licet mihi, tum in scriptis quidem suis passim, tum  
 vberius et accuratius docuit ex Strabone et Mose Chaeronensi  
 in scholis suis in Iesaiam et Ieremiam, quibus olim summo cum ardo.  
 re atque voluprate interfui. Ex his igitur antiquis Chaldaeorum se.  
 dibus Abrahamus haud dubie exiit cum patre petiisque Mesopota.  
 miam.

<sup>xo</sup> Carrae dicitur Romanis Mesopotamiae vrbs, quae hebraice sonat  
 קַרְרָה, apud LXX. καρρα, apud Stephanum Byz. Καρραί. Locus Craffii  
 clade celebris. v. Lucan. I. 164. Plutarch. vit. Craffii, p. 184. sqq.  
 ed. Ald. Hieronym. de locis hebr. Opp. T. II. p. 427. ed. Martian.

<sup>xi</sup> Neque haec cum Mosaica narratione consentiunt. Comparatis enim  
 inter se Gen. XI, 26. et 32. et XII, 4, videbis, Terachum adhuc  
 fuisse in vita, annos 145 agentem, cum Abrahamus Cananaeorum  
 peteret terras. Secundum enim hebraicam lectionem, quam Samari.  
 tanae, Teracho aetatem tantum 145. annorum tribuent, praferen.  
 dam grauissimis argumentis docuit *Ill. Michaelis* in comment. de *chrono.  
 logia Mosis post diluvium*, qnam in commentt. Soc. reg. Goett. per an.  
 nos 1762-68. oblatis inuenies: secundum hebraicam lectionem, in.  
 quam, Terrachus 205. annos natus decessit. Abrahamus natus ei fuit,  
 cum ageret 70. annos, quibus si addideris annos 75, quibus peractis  
 Abrahamus Euphratrem transiit; habebis aeratis Terachi annos 145;  
 quos si demeris a 205. annis Terachi, supersunt 60. anni, quos ille  
 post Abrahami migrationem vixit. Iterum haec commemorasse vide.  
 tur Stephanus, praeuentibus Iudeorum fabulis, qui, Abrahamum vt  
 ab impietatis atque neglectae senectutis paternae crimine liberarent,  
 vel patrem ante filii migrationem mortuum, vel, vt omnes idolola.  
 tras

„eum iussit Deus in eam, quam nunc colitis terram.  
 „Quanquam vero nec agrum <sup>12</sup> ei, nec vbi pedem posset  
 „figere, dedisset possidendum; terram tamen hancce Abra-  
 „hamo posterisque, liberos tunc cum haberet nullos, per-  
 „petuam fore possessionem <sup>13</sup> pollicitus est. Haec enim  
 „ad eum verba fecit Deus <sup>14</sup>: Posteri tui versabuntur ho-  
 spites

tras atque impios, ita et Terachum pro mortuo habendum fingerent;  
 inde quoque factum, vt mors parentis per prolepsin narretur a Mose.  
 Gen. XI, 32. Cf. Philonem de Abrah. migrat. p. 463. 37. ed. Mang.  
 et alia Iudaicorum scriptorum loca apud Wettst. Memorabilem ta-  
 men locum e commentario Rashi, ab Ill. Michaeli libello laudato  
 §. 15. excitatum adscribam; quippe qui, magna argumentorum copia  
 Terachi mortem per prolepsin narrari, atque adeo ipso Dei consilio et  
 cura, vt Abrahami consuleret honori, monstrare enis, ita pergit:  
 „Cur ergo per prolepsin mortem Terachi retulit scriptura, posuitque  
 „ante exitum Abrahami? Nempe, ne res omnibus obvia et facilis in-  
 „tellectu esset, dicerentque: non seruauit Abrahamus praeceptum de  
 „honorando patre, siquidem senem illum reliquit, abiitque! Immo  
 „vero vocat illum scriptura mortuum, siquidem mali, etiam dum vi-  
 „vunt, appellantur mortui, iustique, etiam post fata, viui, vt Be-  
 „nias filius Ioiadae filii (רַיְשׁ אֶרְחֵן) viri viui".

<sup>12</sup> Sic interpretatus sum vocem κληρονομιαν, qua ab Alexandrinis verti  
 solet hebraicum יְרֻשָּׁה et גָּרְלָה. Deut. II, 12. 2. Par. XX. II.  
 Num. XVIII, 10. Ios. XIII, 14. Hebraicum vocabulum notare haer-  
 editatem, rem hereditatis acquitam, notissimum. Peculiariter vero vo-  
 cis significatu dicitur de Cananaeorum terra Israelitarum genti diuini-  
 tus concessa, quam haereditatis quasi iure possideant, 2 Par. XX, II.  
 Denique de possessionibus atque agris omnino, v. c. de terris istis,  
 quae uniuicue Israelitarum familiae contigit. Ios. XIII. 23, 28. Sic  
 et h. l.

<sup>13</sup> Cf. Gen. XVII, 8. οὐς κατεσχεσιν, לְאַחֲרֵי pro οὐς vel οὐτε κατε-  
 σχει αὐτην.

<sup>14</sup> Laudatur a Stephano locus Gen. XV, 13, 14. ex LXX, senuum inter-  
 pretatione, et quidem memoriter.

„spites atque aduenae aliena in terra <sup>15</sup>, in seruitutem re-  
„dacti <sup>16</sup>, iniuriisque afficti <sup>17</sup>, quadringentos per annos  
„<sup>18</sup>. Sed poenas sumam ab isto populo, cui seruient,  
„ait Deus: posteaque egredientur, cultu me prosequunturi  
„hisce in terris <sup>19</sup>. Neque multo post circumcisionis si-  
„gnum <sup>20</sup> ei imperauit Deus: ille vero, mandato obse-  
quens

<sup>15</sup> Εν γη ἀλλοτριᾳ. — Alexandrini εν γη ἐκ Ἰδιᾳ.

<sup>16</sup> Ad sensum magis quam ad verba interpretati sumus. Subiectum orationis subito permutatum eum alio, eoque nec diserte enuntiato, tex-  
tui graeco duritiem aliquam ad fert; quam fortasse male euitare ver-  
tendo conatus sum. Καὶ δελωσθεν enim non pertinet ad το σπερμα,  
sed ad subiectum e priori oratione inueniendum, hoc quidem modo:  
καὶ δι της γης ἀλλοτριας ἀνθρωπος δελωσθει cet.

<sup>17</sup> Addunt δι δι præterea: καιτιπεινωσειν ἀντει,

<sup>18</sup> An vere totidem annos Israelitae versati sint in Aegypto, nec ne?  
quaerere hoc loco hand conuenit consilio nostro, nec textus nostri ra-  
tio postulat. Hacce de re disputatio pertinet potius ad Exod. XII, 40.  
vnde 430 annos commoratos fuisse Israelitas inter Aegyptios discimus.  
Accuratus ibi constituitur annorum numerus, quem in vaticinio no-  
stro, neglectis minimis, habes omnino expressum. Qui vero discere  
cupit ea de re, adeat Programma Paschale: *Israelitas non 215, sed*  
*430. annos in Aegypto commoratos esse*, Goettingae 1777. editum a  
*S. V. Koppio*, cui, institutione, consiliis, atque multis aliis in me be-  
neficiis optime de me merito, semper grates habendae sunt maximae.  
Cf. etiam Michaelis III. Biblioth. orient. et exeg. T, II. n. 192.

<sup>19</sup> Εν τῷ τοτῷ τούτῳ h. c. εν τη γη ταυτη.

<sup>20</sup> Graeca: καὶ ἔωκεν ἀντῷ διαδηκην περιτομη, accuratus sunt explican-  
da. Διαδηκην et hebraicum, cui responderet vocabulo, בְּרִית significata-  
re foedus, pactum, Deusque etiam saepius foedus inire cum homini-  
bus dici in vetustissimis Sacri Codicis libellis, notissimum. Quanquam  
vero haecce loquendi ratio quibusdam in locis proprio sumenda sensu

„quens <sup>21</sup>, sese ipsum, et Isaacum, natum suum circum-  
secuit die octaua. Isaacus vero iste parens fuit Iacobi,  
„hic autem duodecim patriarcharum pater: qui, odio at-  
que

videatur, v. c. Gen. XV. et XVII. Exod. XXIV, 3. sqq. coll. XIX, 5.  
tamen nec hicce locus vlo modo foederis notionem admittit, nec in  
multis aliis semper ad foederis significationem confugere cogimur.  
Nam dicuntur et quam saepissime tum *leges*, Exod. XIX, 5. tum *pro-  
missa diuina*, nec vllis quidem legibus adstricta. Gen. VI, 18. Leu.  
XXVI, 42. foederis nomine; in quibus suauiori hocce nomine appell-  
landis spectasse vetustissimi homines videntur foederis sanctitatem,  
quod, vti foedus frangere nefas, ita et leges diuinias violare scelus  
sit, nec promissa diuina irrita fieri a Deo vnuquam possint. Vbi autem  
Deus foedus ferire cum hominibus dicitur, ita, vt omnibus adeo fo-  
ederis pangendi ritibus promissa sua sanciret iis, qui leges prae scriptas  
seruare pollicerentur; induluisse videtur ille imbecillitati hominum,  
quibus tum omni rituum suorum solemnitate, quae magnam habet  
vim in hominum rudium sensus atque mentes, tum ipso foederis  
nomine, quod sanctum aliquid habet, animosque multo suauius adscit,  
et leges atque mandata eo fortius incalcaret et promissorum fidem eo  
sanctius confirmaret. De voce בְּרִית et διαθήκη vberius commentatus  
est C. G. Langius in Ezegetischen Versuchen, 2 St. N. 2. Cf. etiam  
Zachariae Bibl. Theol. 2 B. §. 96. 97. Διαθήκη περιτομῆς nostro lo-  
co dupli modo potest accipi. Est enim vel mandatum circumiden-  
di sese prolemque, Abrahamo factum, vel est pro συμβολῶν της διαθήκης.

Dicitur enim circumcisio Gen. XVII. 11. et paullo post  
c. 13. בְּרִית simpliciter. Signum foederis est illud, in quo cognoscitur  
nobis foedus esse cum aliquo, adeoque alteri promissa sua esse  
nobis seruanda. Quamnam rationem praeferrem, non liquebat, cum  
vtraque usui loquendi non repugnat, nec inepte contextui conuenit.  
Vtramque forte interpretando sum assescutus. Propria foederis notio  
vix cadere in h. l. videbatur, dubium mihi cum esset, an διάθηκαι διαθή-  
κη, vel כָּרֶת בְּרִית s. נְתַן בְּרִית possit dici pro בְּרִית.

<sup>21</sup> οὐτως in graecis hunc habere sensum, atque pertinere videtur ad πε-  
ριτεμνεις.

„que inuidia concitati <sup>22</sup> in Iosephum, vendiderunt eum  
„ad Aegyptios deducendum. Sed Deus ei adfuit <sup>23</sup>, ex  
„variisque calamitatibus erectum, gratia atque sapientia  
„insignem <sup>24</sup> eum fecit apud regem, qui toti Aegypto re-  
„giaeque domui constituit <sup>25</sup> eum praefectum. Neque  
„multo post omnem Aegyptiorum terram, Canaaneaque  
„fames inuasit: magnaue vbiunque miseria! Nec maio-  
„res nostri habebant, quo vescerentur <sup>26</sup>. Iacobus vero  
„cum, Aegyptum frumentis esse refertam, fama perce-  
„pisset,

<sup>22</sup> Gen. XXXVII, 2 - 11. 25 - 36.

<sup>23</sup> Καὶ ἦν ὁ Θεὸς μετ' αὐτῷ οὐδὲν οὐδέν. Deus dicitur εἶναι μετ'  
εκεῖνος, quem vel firmo atque tuto praesidio tegit eique opem fert,  
Gen. XXXI, 3. Num. XIV, 9. vel cuius res mirum in modum auget,  
magnum facit, felicemque suscepit praeberet euentum, Gen. XXI, 22.  
XXXIX, 2, 21, 23. 2 Par. I, 1. vel qui mira mentis atque ingenii in-  
dole atque dotibus est insignis, 1 Sam. XVI, 18. Nam omnia magna  
atque eximia a Deo profiscuntur. H. I. Deus cum Iosepho fuisse di-  
citur, quia praesidio ei fuerat atque auxilio in summa periculorum  
granitate, vt benevolentia gratiaque dominorum prudentia sua com-  
parata conditionis suae inueniret lenimen, et e maxima obscuritate  
ad summos eueheretur honores.

<sup>24</sup> Καὶ ἐδικεν ἀντῷ χρεῖν καὶ σοφίαν ἐναντίον Φ. β. At. Σοφία priori loco  
commemoranda erat, quandoquidem prudentia conciliauit sibi regis  
gratiam, sed subito et non ex praeparato dicenti facile in hoc con-  
ceditur venia. Historiam, ad quam alludit, habes Gen. XLI, 39. sqq.

<sup>25</sup> Cf. Gen. XLI, 40 - 43. Vitio iterum Stephano dandum, quod in eo-  
dem orationis membro subiecta haud accuratius distinxerit, ita, vt  
alterius adiunctum cum altero subiecto construere facile quis iudicatur,  
nisi res et ceterorum verborum contextus dissuadeat. Κατετησεν igitur  
non ad idem pertinet subiectum, quod habet το ἔξειλετο et ἐδικεν,  
sed supplendum δ βασιλευει. Simile exemplum supra com. 8.

<sup>26</sup> χορτασματα sunt, quae mox appellantur είτη, v. Grot.

„pisset, misit illuc patres nostros primum. Deinde altera  
 „cum peruenissent vice Aegyptum, cognoscendum fese  
 „praebuit Iosephus fratribus. Nec Pharaoni tunc latuit  
 „diutius Iosephi genus. Ablegauit autem Iosephus illico,  
 „qui Iacobum patrem arcesserent cum tota eius familia,  
 „septuaginta quinque capitum <sup>27.</sup> Profectus igitur Iaco-  
 „bus in Aegyptum diem suum obiit, nec non maiores  
 „nostris: quorum inde cadavera traducta sunt <sup>28</sup> Sichemum

„at-

<sup>27.</sup> Secutus est Stephanus Alexandrinus interpretes, (horum enim versio-  
 ni adsuetus forte a pueris multoque cum ea familiarior) qui omnium  
 gentis Iacobi capitum, quae in Aegypto confederant, constituunt se-  
 ptuaginta quinque, additis nepotibus atque pronepotibus Iosephi, ne-  
 quaquam vero, cum nondum essent nati, adiiciendis. Hebraicus au-  
 tem textus non nisi septuaginta capita numerat eorum, qui ad gentem  
 Iacobi, Aegyptum nunc colentem, pertinebant; v. Gen. XLVI, 8-

<sup>27.</sup>

<sup>28.</sup> Μετετεσθησαν pertinere videtur tum ad Iacobum tum ad duodecim  
 φυλαρχας; quorum vero cadavera a posteris ex Aegypto migrantibus,  
 in Palaestinam fuisse transportata, nec vsquam legimus relatum. Iosephi autem ossa secum duxere Israelitae, iure iurando obstricti (Gen.  
 L, 25.) eaque humauere in agro Sichemitico, emto a Iacobo. Gen.  
 XXXIII, 18. 19. Vid. Exod. XIII, 19. Ios. XXIV, 32. Est tamen  
 inter Iudeos vulgaris narratio et reliquorum Patriarcharum ossa, inde  
 ex Aegypto abducta, condita fuisse Sichemi. Vid. Iudeorum loca  
 apud Lightfoot. Opp. T. I. p. 781. et 782. T. II. p. 668. et apud  
 Wettsteinum. Quid? et Iosephus Ant. II, 8. 2. iis adstipulatur, sed  
 Chebrone fuisse sepultos narrat. Nec non et Hieronymus Paullam  
 matrem eorum monumenta prope Sichemum vidisse refert. Ep. 86. ad  
 Eustochium ex ordine Martianay. Rem ita fese habere potuisse, quis  
 est, qui negare audeat? Silentio enim scriptoris cuiusdam veritas rei  
 infirmari quidem, sed infringi prorsus nequit. Extructa tamen ibi

B

pot.

, atque in sepulchreto, quod Abrahamus <sup>29</sup> olim ab He-  
more, Sichemi patre <sup>30</sup>, emerat, condita. Tempus au-  
tem, quo Deus promissa Abrahamo iureiurando faneita  
,,vellet exsoluere, cum appropinquaret, crescebat populus  
,,inter Aegyptos ingente ad numerum, donec regno po-  
,,tiretur <sup>31</sup> quidam, qui infenso erat in Iosephum ani-

,,mo

potuerunt esse monumenta in Patriarcharum honorem atque memoriam,  
diu post Iosuæ tempora, nullis ibi conditis ossibus. Non igitur sta-  
tim omnino arguendus est erroris Stephanus. Sed in hoc errasse vi-  
detur, quod et Iacobum in agro Sichemitico fuisse sepultum narrat;  
nisi forte quis malit το μετερεθυσαν referre tantum ad πατερες ημων.  
Iacobi enim sepulchrum erat prope Chebronem. Gen. L, 13.

<sup>29</sup> Haec contra Gen. XXXIII, 19. narrata sunt. Non enim Abrahamus  
emit agrum ab Hemore, sed Iacobus. Vel igitur memoria defecit  
dicentem, vel, quod alii volunt interpretum, Abrahamus est pro  
familia Abrahami, seu unus ex familia Abrahami. Haud raro obvia  
est ista Hebraicis ratio, auctoris gentis cuiusdam nomine vti, pro gen-  
te ipsa. Evidem ipse, quid praeferam, non video. Si ad sensum  
tamen renocanda est res, posteriori rationi duri aliquid inesse, fa-  
tendum mihi videtur.

<sup>30</sup> v. Gen. XXXIII, 19. Nec apud profanos deficiunt huius ellipsoes  
exempla.

<sup>31</sup> Ανεγέρτε in Graeco. Ανεγέρνεται et מִרְאָה latissimo sensu dicitur in ve-  
teri Hebraeorum sermone. Est enim omnis sermonis vetustissimi in  
magna vocabulorum paucitate adhibere ea, que iam usui habet, ad  
nouas notiones oratione exprimendas. Inde quam variae oriuntur vo-  
cum significationes, semper e ceterorum verborum contextu consti-  
tuendae. Idem accidit in verbo, quod hoc loco habemus. Pri-  
mum notat excitare se, surgere, quod est notissimum. Inde de affli-  
ctis, s. humum prostratis caedibus, est reficere se. Ps. CXLI, 11. Prou.  
XXIV, 16. Ier. VIII, 4. Est etiam quam saepissime pro accingere se  
ad aliquid, v. c. ad iter faciendum. Gen. XXIV, 10, ad defendendum  
vel

„mo<sup>32</sup>. Is dum gentem nostram variis artibus utens<sup>33</sup>  
 „premebat quam grauissime, liberos abiici<sup>34</sup> atque ne-  
 „cari<sup>35</sup> iubens, natus est interea Moses, puerulus forma  
 egregia atque venustissima<sup>36</sup>. Nutritus in domo paterna

B 2

„men-

vel sese Ps. LVIII, 2. Num. X, 35. vel alios. Ier. II, 28. Ps. VII, 7.  
 X, 12. ad aggrediendos alios. Ps. XVII, 13. Act. VI, 9. *De testibus.*  
 Ps. XVII, 13. *Oriri*, Iud. II, 10. *Clarum fieri*. Mich. V, 3. *In*  
*publicum prodire*. Act. VII, 27. H. l. de iis, qui magistratus, vel  
 regiam dignitatem capiunt.

<sup>32</sup> ὁς ἐκ ἡδει τον Ιωσηφ. Vocem ἡδει et ψῆφο Exod. I, 8. vix  
 proprio sensu sumendam, nouum scilicet regem ignorasse Iosephum  
 resque eius gestas, facile appareat. Nam nisi commentariis publicis,  
 tamen ipso Israelitatum populo inter Aegyptios versante memoria Io-  
 sephi seruaretur, necesse erat. Sed aliam suppeditat significationem  
 vsus τοις ψήφοις. Est enim voluntate aliquem persequi, amicum habe-  
 re. I Par. XVII, 18. Amos. III, 2. Gen. XVIII, 19.

<sup>33</sup> Κατασοφισαμενος. Petita est vox ex Exod. I, 10. vbi LXX. ver-  
 terunt ita hebraicum מִלְחָמָה, h. c. dolose agere h. l. Idemque no-  
 rat graecum verbum: *dolis vti in alterius damnum*. Suidas in h. v.  
 μυχανα τινα κακεν. Respicitur ad dolosum, quod cepit rex consi-  
 lium opprimendorum Israelitarum, ne ad nimiam crescentem multitudi-  
 nem, infligendis nempe iis grauissimis laboribus, quibus deterreantur  
 a coniugiis, atque in aquam proiiciendo, quicquid peperissent mulie-  
 res masculi. Exod. I, 22.

<sup>34</sup> In graecis verbis: τοις ποιειν ἀκτεδει supple ἔνεκε, h. e. *in* ἀκτεδει  
 ται βρεφη cert. Exod. I, 22. habes verbum, multo clarius: εις ποταμον  
 φιππειν.

<sup>35</sup> ζωογονεισθατ respondet hebraico בְּרִיאָה in coni. Piel. *in vita con-*  
*seruare*, *vinum seruare*. Exod. I, 17, 22. Iud. VIII, 19.

<sup>36</sup> Αγειος τω Θεω. Agen notare omne gratum, elegans atque ven-  
 stissimum docebunt Glossatores. Eadem voce vni sunt δι ο in vertendo he-  
 braico בְּרִיאָה, quod latissime patet apud Hebreos. *De corporis vero*  
 pul-

,menses tres: quibus exactis cum expositum eum regis filia, ut filii loco educaret, sustulisset<sup>37</sup>; imbutus atque eruditus fuit Moses omni Aegyptiorum sapientia. Oratione atque rebus gerendis erat fortissimus<sup>38</sup>. Quadraginta

,enim

pulchritudine omnino intelligendum videtur h. l. quam quidem ubique fere laudatam inuenies in Mose. Vid. *Wettsteinium* et ibi loca *Iosephi Ant.* II. 9. 5. et 6. 7. atque *Philonis in Vit. Mos.* p. 82. 6. ed. *Mang.* Τῷ Θεῷ ex suo apposuit Stephanus, nec hebraico textu, nec Alexandrinis praeceuntibus. Alio vero loco, *I Sam. XVI*, 12. in eadem fere phrasē addunt LXX. τῷ Θεῷ, vbi in hebraico non legitur אלהים: ἀγαθὸς ὁρατε κυρίῳ (Δαβὶδ). Solent autem Hebrei, veterem loquendi rationem sequentes, adiectius superlatiuō ponendis addere אלהים. v. c. *Ion. III*, 3. Niniue עיר גדוֹלָה לְאֱלֹהִים Gen. XXIII, 6. videtur esse princeps maximus, h. e. dignitate, atque opulentia praeclentissimus.

<sup>37</sup> Ανειλετο. Αναιρεσθαι dicitur in primis de iis, qui liberos expositos tollant, atque educant. *Wettst.* et in primis Aristophanis locum *Nub.* 531.

Καγὼ (παρθενός γάρ ἐτ' ἦν, κακὴ ἔχει πω μοι τέκειν)  
Εξεψύκα, παῖς δέτερα τις λαβὼς ἀνειλετο,  
Τμεῖς δὲ ἐξερεψατε γεννιαῖς, καπαίδενσατε.

<sup>38</sup> Δυνατός ἐν λογοῖς καὶ ἐν ἔργοις. Δυνατός ἐν λογοῖς est eloquens. Moses vero ipse nequaquam eloquentem se confitetur, *Exod. IV*, 10. VI. 12. 30. Sed de scriptis eius, orationis simplicitate, elegantia atque grauitate insignibus, intelligi voluisse videtur Stephanus. Δυνατός ἐν λογοῖς ad miracula Mosis videntur respicere. Tamen nec eos repudiarem, qui Stephanum veterem aliquam Iudeorum fabulam, Mosen Aegyptiorum fuisse ducem contra Aethiopas, eosque profligasse ex Aegypto, in mente habuissent velint, v. *Ioseph. Ant.* II, 5. Solet enim Stephanus, ut iam saepius vidimus, veteres Iudeorum fabulas ore traditā sequi.

„enim annos <sup>39</sup> cum complesset, incidissetque in eam  
 „cognitionem <sup>40</sup> visendi <sup>41</sup> Israelitas, ciues suos: inue-  
 „niens quendam, cui Aegyptius homo inferebat vim, de-  
 „fendit <sup>43</sup> eum, atque Aegyptii caede vltus est afflictum.  
 „Autumabat quidem, fore, vt ciues, Deum eius manu li-  
 „beraturum ipsos, intelligent; sed nihil horum venit iis in  
 „mentem. Postero die <sup>43</sup> iterum superuenit Israelitis duo-  
 „bus rixantibus, atque: fratres, inquit, estote, o ciues! Sed  
 „ille, iniurias alteri qui inferebat <sup>44</sup>, manu repellens Mo-  
 „sen: Quis te principem, inquit, vel iudicem inter nos  
 „constituit? Vis ne tu, vt heri Aegyptium, ita me nunc  
 „obtrucidare? His auditis <sup>45</sup> profugit Moses, atque in ter-  
 „ra Midianitide <sup>46</sup> aduena, duos ibi genuit filios. Annis

B 3

„qua-

<sup>39</sup> Ad quadragesimum usque annum Mosen in Aegypto fuisse, ipsius Mosis testimonio minime constat; sed vulgaris est Iudeorum narratio: Mosen XL annos in Aegypto degisse, XL annos apud Iethronem et XL denique Israelitarum fuisse ducem in deserto. v. Wettst.

<sup>40</sup> Ανεβη ἐπι τῷ καρδιῶν ἀντε — Hebraea ratio: לְבָנָה עַל בָּבֶן. Ies. LXI, 17.

<sup>41</sup> Επισκεψασθαι, II. e. Israelitarum caussam atque conditionem inspicere, easque sibi facere notas.

<sup>42</sup> Ημυνατο. Αμυνασθαι, propriè arcere, semper fere solet iungi cum vocabulo illius, quod arcetur. Supplendum igitur videtur τον ἀδικούτα.

<sup>43</sup> Τῷ ἐπιβούντιον Attici: ἐπιβεγ, vel της ἐπιβούντος ὄμερα.

<sup>44</sup> Αδικων. Exod. II, 13. עֲשֵׂר, h. e. propri. qui iniustam habet causam, litis auctor, vel iniurias inferens.

<sup>45</sup> Εν τῷ λογῳ τετῳ, prv ἐπι τῷ λογῳ τετῳ.

<sup>46</sup> Madian seu Midian erat in Arabia Petraea urbis atque regionis nomen

ab

„quadraginta tum praeterlapsis <sup>47</sup> visus ei est quondam in  
 „deserto Sinaitico <sup>48</sup> (oues pascenti) angelus diuinus <sup>49</sup>,  
 „dumetum flamma indutus. Vedit Moses portentum admi-  
 „rans; atque cum proprius accederet, visendi caussa, acce-  
 „pit vocem diuinam: Heus! Ego maiorum tuorum Deus!  
 „<sup>50</sup> Deus Abrahami, Isaaci Deus atque Iacobi. Contre-  
 „miscens stetit Moses, nec oculos tollere ausus. Solue cal-  
 „ceos pedum <sup>51</sup>, pergit Iehoua, quo enim stas loco, terra  
 est

ab oriente maris rubri in Saracenorum deserto. v. Hieronym. de lo-  
 cis hebr. p. 461. sq. in Opp. T. II, ed. Martian.

<sup>47</sup> Vid. not. 39.

<sup>48</sup> Exod. III, 1. prope Chorebum montem Mosi greges pascenti hancce  
 visionem obtigisse narratur. Hoc nihil fere dinersum. Nam Choreb  
 est alter eiusdem montis vertex, cuius alter dicebatur Sina.

<sup>49</sup> Qui ἀγγελος κυριος h. 1. et Exod. III, 2. dicitur, est Iehova ipse, qui  
 Mosen adloquitur. v. 31, 32. 33. Exod. III, 4. 6. Αγγελος κυριος vide-  
 tur igitur vetustioris loquendi rationis periphrasis τος κυριος. Eadem ra-  
 tio: Gen. XVI, 7. sqq. coll. 13. XXII, 11, 12, 14. XXXI, 11. coll.  
 13. Qui autem fieri potuit ut Angelus Dei diceretur pro Deo ipso?  
 Noster quidem locus lucem forte affundet. Videlur enim h. 1. αγγε-  
 λος κυριος dici pro numinis praesentis symbolo s. signo, quod flamma  
 erat, qua accensum videbatur dumetum. Αγγελον vero s. נֶלְעָמֵד vetu-  
 stiori sermone hebraico, et de rebus vita priuatis, quibusunque vim  
 suam exserit Deus, adhiberi vix monendum videtur. Quod ergo vo-  
 cabulum primitus notabat numinis praesentis symbolum, postea vel  
 pro Deo ipso, vel ad periphrasin vocabuli Deus videtur adhibitum.  
 Nihil enim facilius hominibus et quidem parum cultioribus accidit,  
 quam, ut signum cum re ipse permutent.

<sup>50</sup> Deus maiorum tuorum h. e. vel Deus, quem maiores tui coluere, vel  
 qui maiores tuos summis beneficiis prosecutus sum.

<sup>51</sup> Calceos exuere iubetur Moses, quia in sancto h. e. quo praesens erat  
 Deus

„est sancta. Diu iam vidi, populum meum affligi in Ae-  
„gypto, audiui eius lamentationes, atque, ut eripiam il-  
„lum, descendere coelis <sup>53</sup>. Agedum, abi, mitto te in  
„Aegyptum. Eundem, quem respuerant <sup>53</sup> Mosen, di-  
„centes: Quis te principem constituit atque iudicem? eun-  
„dem Deus misit iis liberatorem angeli, qui in rubo appa-  
„ruerat, ore <sup>54</sup>. Idem ille eduxit eos, multa magnaque

B 4

mira

Deus; stabat loco. Nostro loco Exod. III, 5. et Ios. V, 15. vetustissimum habemus huius moris vestigium. Erat haud dubie reuerentiae signum erga Deum, discalceatum stare vel incedere in locis sacris. Eandem consuetudinem et apud veteres populos, qui nec sacra loca intrare, nec facere sacra calceati audebant, quid et hodie apud Turcas deprehendimus. v. Wettst. et Braun. de vestit. Sacerdotum hebr. L. I. c. 3. §. 40. 50. Eadem pedum discalceatio erat etiam lugentium. 2 Sam. XV, 30. Ies. XX, 2, 4. Ezech, XXIV, 17. Sed non eadem hominum opinio vel cogitatio effecisse videtur, vt homines in hunc morem inciderent. Lugentium est corpus negligere, atque adeo in summo tristitiae impetu foedare. Sed alterius rationis causa videtur paullo occultius esse. Fortassis quaerenda est in hoc. quod vel, vt Clericus vult ad Exod. III, 5. puluerulentis aut lutulentis calceis sacra loca intrare, vel quod, vt ego quidem vellem, vt omnia profana, ita et terrae profanae residua calcis inherentia in sacra loca transferre, nefas credebatur. Haec ὡς ἐν παροδῳ.

<sup>52</sup> Vetustissima oratio hominum parum excultorum Deum humano corpore indutum, humanisque attributis, atque agendi moribus conspicuum sibi fingentium. Inde Deo, qui in hisce terris agere vel efficere quid eupit, descendendum est de coelo. Gen. XI, 7.

<sup>53</sup> ἀρυνταντο. --- Sensus: quem liberatorem atque seruatorem non agnouerant atque repudianerant. Sic ἀγνείσθαι Act. III, 10.

<sup>54</sup> Εν χειρι ἄγγελος est pro δια ἄγγελον, per angelum, h. e. voce, quae ex flamma dumeti obtigit ei. ἄγγελος iterum videtur numinis praesentis symbolum esse.

„miracula<sup>55</sup> edidit in mari rubro, atque deserto quadraginta per annos<sup>56</sup>. Idem Moses hicce praedixit Israelitis: Vatem vobis excitabit Iehoua e fratribus sicut me<sup>57</sup>, quem audietis. Fuit idem ille, in concione illa<sup>58</sup> in deserto, angeli cum illo in monte loquentis patrumque nostrorum internuntius<sup>59</sup>: is, qui salutaria praecepta

<sup>55</sup> Τερατα και σημεια esse synonyma, respondereque hebraicis vocabulis אֶרְאָתָה et מִזְבְּחִים, quae miracula omnino significant, vix monere opus est. v. Deut. VI, 22. XIII, 1.

<sup>56</sup> Cf. not. 32, Ετι τεσσαρακοντα pertinet ad ποιησας τ. κ. ε. ... ε. τ. ιρημων. Mira facta edidit in deserto, cum dux noster esset quadraginta per annos.

<sup>57</sup> Οις εμε non iungenda esse cum προφητην sed cum εκ των ἀδελφων ομων, quam luculentissime patet ex textu, vnde verba haecce sunt desumpta, Deut. XVIII, 15. sqq. atque ex effati ipsius confilio. Moses enim, ut cives a praestigiis diuinandique artibus abstraheret, promittit, Deum, vti Mosen ex ipsorum medio, ita semper vates e ciuibus excitaturum, atque futura praesciendi facultate exornaturum, ne ad praestigiatorum fraudes con fugere cogerentur. Προφητης igitur collectuum h. l. Num vaticinium de Messia hocce effato contineatur? quaestio pertinet potius ad Act. III, 22. Proxime quidem de Messia canere Moses non videtur tamen ex vatum diuinorum Israelitis promissorum multitudine non excludendus videtur. Stephanus forte in laudandis hisce verbis ad Christum respexit, Iudeorum pertinacitatem atque institutorum diuinorum incuriam, atque hominum diuina auctoritate praeditorum contemnitum arguens.

<sup>58</sup> Εν τη Ικκλησια --- Non temere additus articulus; certam enim quandam populi concionem in animo habuisse Stephanum prodit: et quidem, vt videtur, concionem ad audiendam legem conuocatam. Exod. XIX. De legis enim latione sermo h. l. est

<sup>59</sup> Ο γινομενος - μετα τε αγγελων - και των πατερων ομων. Erat cum angelō et patribus: quid hoc aliud potest esse, quam: fuit

cepta<sup>60</sup> tradenda nobis accepit. Cui obsequi spernentes maiorum res nostri repugnarunt, reuerteruntque<sup>61</sup> animis Aegyptum, imperantes Aaroni: Fac nobis Deos, qui nobis praeeant<sup>62</sup>:

B 5

„Mo-

medius inter angelum et populum, μεσήτης, internuncius. Ita vocatur Moses Gal. III, 9. atque historia ipsa docet. Exod. XX, 18. sqq. --- Αγγελος pro Deo ipso; hunc enim cum Mose locutum, narratur Exod. XIX, 3. sqq. XX, 1, 22. Ex vulgari vero Iudeorum in primis recentiorum opinione, Deum non nisi per angelos cum hominibus agere, Stephanus iterum loqui videtur. Sic et c. 53 et Paulus, Gal. III, 19.

**60** Δογμα ζωντα. --- Legem Mosaiicam hisce verbis significari ex textu ipso, rerumque sententiarumque nexus facile apparat. Δογμα omnino dicuntur de oraculis, atque effatis diuinis, Rom. III, 2. I Petr. IV, 1; etiam apud profanos. v. Raphael. annott. e Polyb. p. 320. Aelian. V. H. II, 41. Grotius haec verba λ. ζ. explicat per δογμα της ζωης, h. e. ζωποιευντα, salutem afferentia; ζην enim apud Hellenistas saepissime esse pro ζωψιον. Assentior Grotio; nam quam saepissime laudatur salus atque felicitas, quam leges diuinae obseruantibus eas adferunt. Deut. VI, 1. XXX, 6. Nehem. IX, 29. Ezech. XX, 11. Quid? lex ipsa dicitnr ζωη, h. e. salus, quia obsequentes maxima adscit felicitate. Deut. XXXII, 47. Attamen et aliud quidnam forsan cogitauit Stephanus, dum ita loquebatur. Ut enim alias quam saepissime, ita et h. fortasse loco secutus est Iudeorum opiniones atque commenta, qui verba, quibus declarata esset lex per angelos, animata vel anima praedita fuisse fabulabantur. v. Ill. Michaelis Erklärung des Briefs an d. Hebr. S. 95. In medio igitur relinqui videtur, quod orator hisce verbis spectauerit.

**61** Sensus: vitam antea inter Aegyptios aetam in memoriam reuocarunt, redieruntque ad mores Aegyptiacos in primis ad idolorum cultum.

**62** Exod. XXXII, 1, sqq. — Sensus: qui nobis sint duces itineris, expeditionesque prosperent. Admodum conuenit populi parum cultioris opinionibus, sibi vel expeditiones et itinera facienti, vel in pugnam cuncti Deorum simulacula praeferre, et ab iis felicissimum euentum ex spe.

„Moses enim ille <sup>63</sup>, qui ex Aegyptiorum terra eduxit nos, „quid huic contigerit, nescimus. Tunc vitulum igitur fe- „cerunt <sup>64</sup>, victimasque ei mactarunt, manuum ipsorum „opere exultantes. Sed auerit tunc sese <sup>65</sup> Deus, eosque „sibi reliquit, ut coelestibus agminibus <sup>66</sup> exhiberent cul- „tum, vti scriptum legimus in prophetarum libro <sup>67</sup>: Vos-

„ne

spectare. Deorum enim vbi simulacula, ibi numen ipsum auxilio atque tutela adesse opinabantur. Ut igitur Mosis ductu atque rebus mirifice gestis prosperrimum fecerant iter, ita nunc, cum Mosen haud superstitionem adhuc crederent, idoli ductu atque tutela peragrare deserta sperabant.

<sup>63</sup> E constructione excidit orator, quia haud dubie, vti incepérat propositionem, erat oblitus. Quid subito et coram audientium tumultu loquenti facilius poterat accidere?

<sup>64</sup> Ε' μοσχοποιησαν h. e. ἐποιηται μοσχου.

<sup>65</sup> Ετρεψε δε δεος pro ἀπετρεψεδε o. 9. Eiusdem ellipsoes exempla in hisce verbis, vide apud LXX, 1 Sam. XV, II. Ps. VI, 4. *Auertere vel se, vel faciem, vel oculos, vel manum dicitur Deus in veru-* *ftiori sermone, quando irascitur hominibus. eosque negligit atque* *spernit, nec eorum ullam habet curam. Ita et de hominibus: Sir.* IV, 4. Tob. IV, 4. Matth. V, 24. *Abscondere faciem, מתר פניהם*, *quod et LXX. vertere solent per ἀπορρεφειν προσωπον, Ps. XIII, 2.* XXVII, 7. Deut. XXXI, 17. 18, est nostrae rationis plane synonymum. *Conuertere se בָּשֵׂר*, *ἐπιτρεφειν* dicitur Deus benevolus, in gratiam rediens, curam habens atque rationem hominum. Ps. VI, 4. Act. XV, 16. Synonymum est *הנֶּפֶל*, *επιβλεπειν*. Sensus h. l. *Iratus nil eorum curiae habuit, eosque variis flagitiis atque idololatriae crimine pollui passus est. — — παρεδοκεν α. λατρευειν, supple ὥστε.*

<sup>66</sup> Στρατια τα δραγα. Sic vertere solent LXX. Inrt. נבצ ה שמיטים, h. e. sidera coelestia. Ier. VIII, 2. XIX, 13. 2 Par. XXXIII, 5. Alias δυναμις τα δυραντα, 2 Reg. XVII, 16. XXI, 3.

<sup>67</sup> Laudat Amosi verba C. V, 25-27. et quidem memoriter ex Alexandrina

„ne mihi obtulisti victimas hostiasque quadraginta  
 „per annos in deserto, tu Israelis domus <sup>58</sup>? Quid?  
 „et Molochi suscepistiſ <sup>69</sup> facella <sup>70</sup>, fidusque Rem-  
 „pha-

drina versione. Verba illa Καὶ οἱ γενέστεις cert. huic habent sensum:  
 Quam verissime illa, quae effatur prophetarum quidam. cum Israelitiae gentis moribus conueniunt. Lamentatio autem vaticinii huius auctor diuinus atque arguit peruersos ciuium mores, varia eorum scelerata, atque animum ad idololatriam propensissimum, eosque studet inde auocare, grauissimas numinis poenas praecinens, ni iniuste recteque agere inciperent Deumque non externo tantum cultu atque caeremoniis, sed et toto, nec dupli corde, nec idolis simul preter Deum adhaerente, venerarentur: sed hoc semper, atque iam in deserto eorum fuisse morem, ut Deum quidem ritibus atque caeremoniis colerent, animis vero ab illo, atque pietatis iustitiaeque studiis alienissimis, aliisque Diis deditissimis. Israelitas autem vere ita sese iam, cum in desertis vagarentur, gesuisse, haud obscure appareret e Leuit. XVII. vbi Mosi, Israelitas in castris clam idolis sacra facere, haud temere suspicant praecipiendum erat, ut nusquam alibi quam in oraculi tentorio hostias offerrent. Idemque leges haud rarissime Molochi cultum prohibentes videntur prodere. Lev. XVIII, 21. XX, 2. sqq. Quid? et ipsius idolatriae exempla. Num. XXV.

<sup>68</sup> Laudata sunt ex greca versione, sed ordine verborum paullulum mutato. οἶκος Ἰσραὴλ, בֵּית יִשְׂרָאֵל, Israelitarum gens, Israelitae.

<sup>69</sup> Καὶ ἀγελαθετε. מַמְשָׁלָת מֶלֶךְ. — Kui et ro videtur esse simul vero, et ἀναλαμβάνει pro ἐνεγκειν. Portare autem vel secum ducere Deos idem est ac colere eos. Sensus: Vos quidem Israelitae sacra ob-tulistiſ atque omni cultu prosecuti ellis in desertis; sed tamen, et Diis „alienis deditissimi, his praeter me exhibuistiſ cultum.”

<sup>70</sup> Τὴν σκηνὴν τὸ μόλον. In vertendo plurimos secutus sum Interpretes, qui σκηνὴν volunt esse facellum, ναὸν. Ita apud Diodor. XX, 65. vbi cf. Wesseling. Sed haec dum scribebam, venit in mentem, annon σκηνὴ h. l. et hebraicum מֶלֶךְ proprio sensu sit sumendum, pro tuguriio? Populi enim tuguriis habitantes et Deorum suorum simulacra

„phanis<sup>71</sup>, Dei vestri, simulacula<sup>82</sup>, quae vobis fecisti  
„ad-

mulacula colere solent sub tuguriis. Ratio forte petita est a tabernaculo oraculi, quod Israelitae in itineribus secum ferre solebant. Eundem igitur in modum, quo tabernaculum, ubi Iehouae exhibebatur cultus, et Molochi tugurium Israelitas secum portasse, voluit forte vates: hoc est, pari honore atque cultu prosecutos esse Deum atque Molochum. Tentorium igitur Dei cuiusdam secum ferre nihil aliud videtur esse, quam venerari Deum istum. — **מֶלֶכְכֶם**. Hebraicus textus habet **מֶלֶךְךָ**, regis vestri, h. e. Dei vestri. Vetustiori enim sermone Dii appellari solent reges. Ier. XLVII, 25. Ies. VIII, 21. Deus adeo supremus ipse Ps. XLVIII, 3. Ier. XXXIII, 17. Apud Homerum **ἄνατες**. Vates autem vel Deum quandam, qui **κατ' diceretur rex, in mente habuisse videtur, vel, quem tunc potissimum Israelitae solebant colere, ut proprio nomine appellare eum vix esset opus. Alii interpres **מֶלֶכְכֶם** adiunctum esse Kijunis volunt. Sed accuratius distinguere videtur vates Kijunem a rege illo, atque vix probabile, poetam unum idemque nomen tot epithetis exornasse. Haud male interpretati videntur Alexandrini, seu ex Codicis, quo vtebantur, lectio- ne, seu ex mera coniectura; cum Molochi superstitionibus Israelitae regum temporibus essent admodum infecti. Molochum, Amoritarum Deum, eundem fuisse, qui alias vocatur Milcom, 2 Reg. XXIII, 10. 1 Reg. XXI, 6. cumque solem representasse plurimis placuit eruditis. Commandanda est lectoribus doctissima ad hunc locum diffreatio N. W. Schroederi, de Stella Remphan et tabernaculo Molochi, Marburg, 1741, cuius vero inspiciendi potestas data mihi non fuit.**

**71 Καὶ τὸ ἀργόν — τυπάς** Transposita sunt ab Alexandrinis, quae in hebraico Codice ita leguntur: **וְאֵת כִּיּוֹן צְלָמֵיכֶם**: qui quidem ordo forte videbatur iis impeditior, neque id sine causa. Nam verba **כּוֹכֵב אֱלֹהִים** procul dubio pertinent ad **אַתְ כִּיּוֹן**, cuius sunt, ut aiunt Grammatici, apposito, et a quo parum commode separata videntur, inserta voce **צְלָמֵיכֶם** **וְאֵת כִּיּוֹן** tum ad **מֶלֶכְכֶם** respicit. Facilius denique est **אֲשֶׁר** **עֲשִׂיחָת** **לְכֶם** **כּוֹכֵב** iungere cum **צְלָמֵיכֶם**, quam cum **כּוֹכֵב**.

Ρεμφαν. Magna in scribenda voce regnat in Codicibus diuersitas: alii habent Ρειφαν, alii Ρηφαν, alii Ρεφαν, cert. cf. *Wettf.* Alexandrini interpretes habent Ρειφαν, quo vertunt hebraicum כִּיּוֹן. De vtraque voce, quae habeo monenda, debeo et *Ludonico de Dieu*, qui doctissime et optime egit de hisce vocabulis tum in *Animaduersiōnibus ad Acta Apostolorum ad h. l.* tum in *Animad. ad V. T. ad Amosī locum*, et *A. Kirchero*, cuius *Oedipus Aegyptiacus* T. I. p. 386. sqq. est euoluendus. Hebraicum vocabulum notare *Saturni* stellam, et in Arabe

bum lingua hodierna, docebit *Golius* sub voce كَبُون p. 2082.

Nec aliud procul dubio significauit כִּיּוֹן in Phoenicum sermone, apud quos Satutnus potissimum colebatur Deus. Eodem modo, arabicae linguae auctoritate, D. *Kimchi* et Aben *Ezra* vocem כִּיּוֹן explicant, Ρειφαν autem vel Ρεμφαν, vel alia vox similem sonum habens cum nul- libi apud Graecos inueniatur, facile oritur suspicio, Alexandrinos, ut aliis in locis, ita et nostro aegyptiacam s. copticam adhibuisse vocem in vertendo. Talem vero vocem vere exstitisse in Coptorum idioma- te docet *Kircherus* in *Oedipo Aeg. l. c. ex Lexico Coptico*, quod li- bro suo: *Lingua aegyptiaca restituta, inscripto, adiecit.* ΡΗΦΑΝ enim apud Coptos notabat *Saturni* stellam. Haec *L. de Dieu*, cum ante multa temere coniecerat, monente Cl. *Salmasio*, ad explicandum hunc locum adhibuit. Ex his etiam coniicere forsitan licebit Ρηφαν esse veram iustumque nominis scriptiōnem, ex qua nata vitiosa Ρειφαν a librario forte, qui a pronuntiare, ut nos n., (è Francogallorum) edo- etus fuerat, et a distante Ρηφαν per e' pronuntiare audierat. Inscitia deinde librariorum, qui, quod non intelligebant, vocabulo mede- lam afferre conarentur, tantam in scribendo varietatem procreasse videtur. Missa facio, quae interpretum alii ad locum huncce inter- pretandum excogitarunt, cum veriori interpretatione uti videamur. Facile nunc quis indicare poterit, quid de Bezae conjectura, qui Ρει- φαν ε Ρημφαν s. Ρημμαν corruptum esse voluit, sit statuendum? P. E. *Jablonskii* autem argumenta, quibus in *Abelio: Remphan, Ae- gyptiorum Deus ab Israelitis in deserto critus*, Lips. 1731, 8. voca- bularii Coptici a *Kirchero* editi fidem minuere, soleisque intelligen- dum affirmare conatus est, num sint satis grauia, iudicare vix audeo. Quae tamen cum magnum de mea interpretatione mouerent dubium, euolui

„adoranda <sup>73</sup>. Vos igitur vltra Babylonem <sup>74</sup> relegabo.  
 „Oraculi tabernaculum <sup>75</sup> habuerunt inter se <sup>76</sup> maiores  
 „nostrī, quemadmodum <sup>77</sup> is, qui cum Mose erat locu-  
 „tus, secundum illud, quod vidisset exemplum, ex-  
 „struere id iussérat: quod traditum <sup>78</sup> parentibus no-  
 „stris

euolui *La Crozii Lexicon Aegyptiacum* — per *Scholzium et Woide.*  
*Oxon, 1775. 4.* sed nec ηφαν, nec aliam similem vocem inueni, nisi  
 vocabulum ΡΗ, quod Solem Aegyptiis significabat. v. p. 83. et 195.  
 Quod igitur sequar, non video, Res mihi copticarum litterarum  
 experti relinquenda est doctioribus aliis expedienda.

<sup>72</sup> Τυπες et apud profanos de simulacris Deorum v. *Wettst. et Kypke.*

<sup>73</sup> Προσκυνειν pro ὥστε προσκ. a. De suo hoc addidit Stephanus: nec  
 enim apud LXX, nec in textu hebraico adest.

<sup>74</sup> Ἐπεκείνα Βαβυλωνος. Hebraicus codex, nec non Alexandrina  
 versio habent ultra Damascum. Vnde Stephanus illa? Vel memoria  
 defecit, vel, quocum exemplari familiaris erat, ita legebatur, vel  
 dedita opera emendauit, de Babylonico cogitans exilio. Sed nulla  
 adest caufa, nec Stephani auctoritas sufficit, vt hebraicam reprobemus  
 lectionem. To και ab initio huius propositionis est propterea.

<sup>75</sup> Σκηνη μαρτυριος est hebraicum מושב הַל; cuins denominatio-  
 nis originem inuenies, Exod. XXIX, 42. 43. XXXIII, 7. Dicebatur  
 enim ita, quia Deus ante tabernaculi fores colloqui volebat cum po-  
 pulo, atque oracula edere consulentibus. Alexandrini, qui מושב הַל  
 vertere solent σκηνη μαρτυριος, deriuasse videntur ab עדרה,  
 quod non solum est tessari, sed etiam docere. Σκ. μ. igitur tentorium,  
 vnde docet Deus populum, vel edit oracula. Res eadem, ratio tan-  
 tum diuersa.

<sup>76</sup> Εν τοις πατροςιν αμων, nisi εν est spuriū (v. *Wettst. et Gries-  
 bach.*) pro εν μεσω των πατερων ο. Sic vertunt LXX. בחרין, Lev.  
 XX, 24. XXVI, II.

<sup>77</sup> Supple: Habuerunt inter se tabernaculum illud, ita exstructum, quem-  
 admodum cet.

<sup>78</sup> Διαδεξαμενοι junxi, *Kypkium* fecutus, cum ον, qui et de vocis  
 signi-

„nostris<sup>79</sup> transtulerunt hi, Iosua duce, in terras<sup>80</sup> gentium,  
 „quas propulit Deus aduenientibus illis<sup>81</sup> Dauidis vsque  
 „ad tempora<sup>82</sup>: qui quanquam gratiae atque beneficij  
 „lo-

significatione praepter *Wettsteinum* videndus est. Est enim διαδεξεσθαι  
 excipere. Inde vel succedere alicui, si cum casu quarto personae iun-  
 gitur, vel, si cum accus. rei construitur, *successione accipere aliquid*.  
 Parum commode iungi posse videtur cum δι πατέρες ήμων, quia dicen-  
 dum fuisset vel δι πατέρες ή. διαδεξ. vel addito articulo, δι διαδεξαμενοι.

<sup>79</sup> Sunt alii, quam quorum v. 44. mentio fit; eorum enim hominum  
 actas, quae illis, qui ex Aegypto emigraverant, successit.

<sup>80</sup> Εν τη κατασκευῃ τ. 29v. pro δις την κατασκευην τ. δι. Κατα-  
 σκευης, possessio, ητον, in primis de agris atque terris. Gen. XVII,  
 8. Nhem. XI, 3. Num. XXXII, 5. 22.

<sup>81</sup> Από πρωσωπώ π. η. — Sic Grotius ante nos interpretatus est,  
 qui et laudat Deut. II, 21, 22. Sed haec iam cnam scripsisse, incidi  
 in aliud locum, qui ad nostrum explicandum forte inuitat. Gen. XXV,  
 6. Abrahamus dicitur filios ab Isaco (יִצְחָק הָעֵד) in Arabiam di-  
 misisse. קָרְבָּן יִצְחָק habet haud dubie hunc sensum: ut terram Isaa-  
 co reliquerent, nec eum peruagantem cani gregibus impedirent. עֵד  
 autem et קָרְבָּן sunt prorsus synonyma. Inde καὶ πρωσωπός π. η.  
 nostro loco habere potest hunc sensum: ut gentes terras suas maiori-  
 bus nostris reliquerent colendas atque habitandas.

<sup>82</sup> Εώς των ήμερωγ Δευτερ. Duplici modo iungi possunt haec verba  
 cum antecedentibus. Primum enim pertinere possunt, deleta interpun-  
 ctione, quae in Griesbachiana est editione, ad έφεδρ δ Θ. cet. Ne-  
 que hoc male cum horum temporum historia videtur conuenire. Nam  
 Dauidis vsque ad aetatem pugnandum erat Israelitis cum Cananaeorum  
 reliquias. Deinde referri possunt ita verba ad διαδεξαμενοι επηγγειον.  
 Sed nisi Stephanum ineptum aut falsum, quid dixisse velis, vel nimis  
 vrgenda est τε λιγνυγον significatio, ve sit, transportarunt atque ba-  
 buerunt inter se, vel supplendum tibi est: ἐχοντες αυτην εώς τ. η. Δ.  
 Duri quid mihi quidem huic rationi inesse videtur; neque tamen non  
 ora-

„loco <sup>83</sup> a numine, vt liceret aedem <sup>84</sup> ei exstruere, exoptasset <sup>85</sup> sibi; Solomoni tamen aedificare Deo templum contigit. Sed numen supremum non templis hominum manibus exstructis habitat: Coelum est mea sedes, ait Iehoua vatis ore <sup>86</sup>, terraque pedum meorum subsellium. „Quamnam aedificabitis mihi aedem? Quisnam est locus „ille, vbi confedeam? Nonne manus mea haec conficit „omnia

orationis huius indoles eiusmodi constructionum duritatem ferre, quid? et dicentis consilium videtur fuisse, Israelitas ad Davidis usque tempora sub tentorio hoc Deum veneratos, commemorandi. Sed sequentibus tamen verbis haec cum haud obscure insint, resque ipsa, ad Davidis usque aetatem oraculi tentorium exstisset, audientibus esset haud ignota; faciliorem priorem rationem verba ista iungendi cum eisdem praeserre nihil dubitamus.

<sup>83</sup> Graeca verba: δε εὐρε χαριν ἐναπίον το Θεόν, και ἡτησατο. Solent Hebrei in rogando semper addere אָמַן נָא מִצְאָתֵר חַן בְּשִׁינִיךְ, h. e. si habeam apud te aliquam gratiam. Romani: Gratiae atque beneficii loco haec a te peto. Dauides igitur, cum in gratia esset apud Deum, plurimaque ei a Deo contigissent beneficia, et hoc sibi exoptauit beneficium, ut aedem ei exstruere liceret sibi.

<sup>84</sup> Εὐρειν σκηνωμα. Σκηνωμα, משלכנות. Pf. CXXXII, 5, 7. est synonymum το εἰκε. v. 48. Eurei, Σκηνωμα, pro exstruere. In mente habuisse videtur Stephanus, Pf. CXXXII. 5. Latioris significationis vocabulo uti solet sermo vetustus atque poeticus, vbi aliud notionis magis definitae erat adhibendum.

<sup>85</sup> Αἰτεῖν, ἅλως, optare, in votis habere, h. l. Deut. XIV, 26. Cf. 2. Sam. VII, 2.

<sup>86</sup> Verba sunt ex Ief. LXXVI, 1. ex alexandrina versione laudata, Sententia est haec: Nec aede, nec templo, quo habitem atque exhibeat mibi cultus, egeo. Totum hocce uniuersum templum est meum; vbi cunque igitur colere me fas est.

„omnia? — — — — — O perucicaces<sup>87</sup> vos, atque  
 „incircumcisos<sup>88</sup> cordibus auribusque! qui semper, vti pa-  
 „rentes vestri, ita et vos repugnatis<sup>89</sup> Spiritui diuino<sup>90</sup>.  
 „Quem diuinorum vatuum non sunt infecuti? Occiderunt  
 „adeo, qui innocentis illius<sup>91</sup>, cuius facti estis prodito-  
 „res<sup>92</sup> atque imperfectores, aduentum praecinerunt. Vos  
 „accepistis legem angelis promulgantibus<sup>93</sup>, sed prorsus  
 „nihil obseruastis”.

Au-

<sup>87</sup> Σκληροτραχυλοι. Vox apud Alexaudrinos admodum obvia, qui sic  
 vertunt קָשָׁה עֲרֵף. Exod. XXXII, 9. XXXIII, 3, 5. Deut. IX, 6,  
 13. Qui dura sunt ceraice, h. e. *pernicaces*, *obstinaces*, *leges sibi im-  
 poni non ferentes*. Petita est metaphorā a iumentis ingum ceruici-  
 bus imponi repudiantibus.

<sup>88</sup> Απεριτμηται τη καρδιᾳ κ. τ. ὀστιν. עַרְלִי לְבָב וְאַזְנִים, di-  
 cuntur iidem *obstinaces*, quorum aures atque animi diuinis praceptis  
 sunt occlusi, nec audire, nec peragere ea cupientes. Ier. VI, 10.  
 IX, 26. Ezech. XLIV, 7, 9.

<sup>89</sup> Λυτίπιπτειν est εγνωτισμ. *Hesych.* Vid. et *Grot.* ad h. l.

<sup>90</sup> Πνευματι αγια. Qui vatuum diuinitus afflitorum effata spernunt  
 atque reiiciunt, spiritui diuino ipsi, quo agebantur illi, repugnare  
 dicuntur.

<sup>91</sup> Δικαιος, h. e. ιησος, nullo scelere polluti, nullo suppicio digni.  
 C. III, 14.

<sup>92</sup> Προδοται: — γεγενησε, Sensus: in quo perfide egistis, cui re-  
 gi atque liberatori vobis constituto praeter omnem fidem atque iu-  
 stitiam violentas inieceritis manus.

<sup>93</sup> Εις τας διεπαγκας των συγγελων. Non una est verborum horam  
 explicandorum ratio. Διαταξειν est militare vocabulum, significat-

C

que,

Audita oratione, vehementissima ira incensi omnes, frementes dentibus, atrocissimo vultu minas fuderunt in illum grauissimas. Ille vero diuino quodam impetu abreptus, ἐκσατικός<sup>94</sup> factus, coelo recluso, diuinam confexit δοξαν<sup>95</sup> Iesumque dextram eius feruantem; visuque multitudini retulit. Clamorem vero tollentes ingen-

tem,

que, disponere exercitum, instruere aciem. Iud. III, 13. I Macc. VI, 35. 2 Macc. XIII, 20. Inde verba nostra erunt: per angelorum ordinis s. turmas, h. e. angelorum agminibus in pronuntianda lege adstantibus. Eius pro ἐν h. e. δια. v. Grot. ad h. l. qui Deut. XXXIII, 2. pro hacce interpretatione excitat. Locus hicce est poeticus, qno Deus, tanquam rex, cum magna ministrorum vel angelorum pompa atque comitatu ad legem ferendam in Sinai montem descendens, describitur. Sed nihil huic loco ineft, quod de angelorum exercitibus atque turmis cogitare nos cogat. Altera ratio est haec. Διατάγη est etiam mandatum, praeceptio. Inde: ελεύθετε τ. νομον ε. τ. διατάγη. αγγ. erit idem, quod ελ. τ. νομον διατάγεται δι αγγελων, Gal. III, 19. seu λαληθεται δι αγγελων, Ebr. II, 2. Hacc magis sese nobis probat, quam illa ratio, tum quia facilius occurrere interpreti videtur, tum quia Iudeorum, nec non Stephani opinioni, Deum non nisi per angelos ministros cum hominibus agere, atque adeo leges, regis exemplo, non nisi per ministros promulgare, quam optume conuenit.

<sup>94</sup> Haud aliter graeca: πληρης πνευματος αγγελi intelligi bene posse videntur. Nam, quod nonnulli volunt, esse haec verba de summa animi spe atque fiducia, fore, ut mox coelum ingrediatur, beatorumque sortem nanciscatur, intelligenda, vix verba ipsa atque oratio pedestris et historica ferre posse videtur. Contigit Stephano autem haecce ecstasis, ut animi fortitudo atque constantia aleretur atque augeretur. Quod vero Stephanus solus, nec adstantium vilus, haecce viderit, non externis cum sensibus, sed mente tantum, phantasiae ope diuinatus commotae, sensisse illum ea, videtur monstrare.

<sup>95</sup> Haud dubie signum aliquod diuini numinis, quale olim erat שבעינה.

tem, obtundentes aures, impetum fecerunt in illum, corruptumque eiecere ex vrbe, obrueruntque lapidibus, quorum ictibus percussus, pro aduersariis tamen, ne poenas ab iis sumeret <sup>96</sup> Deus, preces fundens, animam tanquam sacrificium Deo oblatum <sup>97</sup> efflauit.

Accuratus nunc orationem examinare atque diudicare nostrum est. Est autem illa, vt Stephani historia ipsa docet, et vt iam passim antea monuimus, non diu ante meditata, sed subito ab accusato dicta. Nullus enim erat Stephano, prehenso atque statim in iudicium abrepto, locus datus, nec ullum tempus relictum, quo cum otio atque tranquille, quid defensurus posset proferre, excogitare, cogitata ordinare atque disponere, orationisque elegantiae atque ornatui posset studere. Quid mirum igitur, si habes orationem multo minus elaboratam, quam

C 2 alias

<sup>96</sup> Ipsa Stephani verba: *καὶ τοις αὐτοῖς τὸ ἀμερτίνω ταῦτην.* Verbum *ταῦτα* explicatione indiget. Respondere solet hocce verbum hebraico **לִכְשׁוֹן** ponderare, Efr. VIII, 25. 35. Iob. XXVIII, 15. nec Graecis hicce usus *τὰ ταῦτα* est ignotus. **לִכְשׁוֹן** deinde est soluere, quia ponderando solebat argentum solui. Tum *retribuere*. Inde et LXX. vertunt *αποτίειν* et *τιένειν*. Exod. XXII, 17. 1 Reg. XX, 39. Deus statuta quasi examinans hominum facinora singitur, quando illis est retributurus. Ne pendas peccata est ne examines ea, pro ne animaduertas in ea. Antecedens pro consequente.

<sup>97</sup> Paullo ante exclamauerat Stephanus: *δέξαι το πνευμα μα, κ. Ιησοῦ;* quae hunc habere sensum videntur: Benenole accipe animam, quam tibi tanquam sacrificium offero. *Δέξεσθαι* dicitur de iis, qui dona accipiunt, et de Deo, qui oblationibus hominum delectatur. v. LXX. Iob. VIII, 20. Ier. VI, 20.

alias et in veterum in primis Graecorum, Romanorumque libris solebas legere. Primum enim dicentis consilium causaque, quam agit, non nisi cum opera aliqua atque labore potest erui. Deinde oratio, cum sit ex narrationum genere, nimis longa atque fulsor, multaque ad rem non pertinentia videntur immista. Narrandi denique et dicendi genus est aliquando hiulcum atque asperum, orationisque suauitas atque gratia recte desideratur. Haec autem omnia nequaquam Stephano, sed temporibus sunt vitio danda; nec vlla inde neque illi, neque adeo Codici sacro adspexit macula. Nam eo consilio vt inde bene apte atque ornate eloqui disceremus, nequaquam seruata est illa oratio, nec Stephanus vñquam ad diserti oratoris adspirauit laudem.

Versatur autem in defendendo fese ita, vt res atque veterum Iudeorum memoriam inde ab vltimis gentis originibus repeatat, summatim atque breuiter eorum historiam percurrat, et, tum beneficia, tum instituta diuina in Iudeorum gratiam facta laudans, ea potissimum commoret, quae ad caussam suam agendam quodammodo pertinerent, in quibusque maiores olim iisdem moribus peruer- sis, quos posteri Seruatoris nostri et ipsius temporibus seruarent, essent vñi. Sed expositis his omnibus, quid inde velit pro caussa sua elicere, quid inde ad ipsum pertineat, videmus ab eo omissa atque relicta. Nam quasi abscissa videtur oratio post comma 50; nec satis bene, quae sequuntur, cohaerere videntur cum prioribus. Nam non ad

ad defendendum sese, nec ad mitigandos atque sedandos aduersariorum animos faciunt illa, sed potius ad irritandos eos, sibique infestiores reddendos. Deinde multo concitatior atque vehementior fit oratio, mitiori atque temperatiori illi, quam ab initio adhibuerat, longe dissimilior. Videntur igitur verba, inde a com. 50. vsque ad c. 53. hominis esse male affecti, atque iniurias sibi inflictas aegre ferentis, non laudandi quidem, quia coram iudicibus iracundiae nimis indulgebat, obiurgiisque vtebatur constantiae atque patientiae Seruatoris immemor; sed admodum excusandi tamen, ob iniuriarum atque contumeliarum vim grauitatemque, quae et fortissimum solent commouere, animique constantiam labefactare. Sed quid inde? Interpellatus atque perturbatus videtur Stephanus audentium clamoribus atque tumultu, vel adeo iniuriis, ut in dicendo pergere et orationem ad finem perducere non posset.

Quantum autem ex altera huius orationis parte nobis relicta, et ex criminacionibus in Stephanum illatis licet iudicare; tria potissimum, quibus caussam ageret, criminationesque illas deleret, videtur spectasse argumenta. Stephanus enim, vir probus atque religiosus, cum negare nequaquam posset, inter Christianorum decreta esse et hoc, legem Mosaicam aliquando abrogatam, templumque iri destructum; in beneficiis atque diuinis Israelitarum gratia institutis enumerandis, *primum* agit hoc, ut decreto isti, quod et ipse defenderet, nihil contumeliae in Deum,

nihil blasphemiae inesse demonstret. Deum enim diu ante legem Mosaicam promulgatam, ante religiones iudaicas institutas, atque templum ante exstructum, iam ultimos Israelitae gentis progenitores beneficiis suis iudicasse dignos. Haec illustrantur Abrahami, Iosephi, ipsiusque Mosis exemplis, quos beneficiis ornare, nec lege, nec templo Deum esse commotum; nec omnia ista, quibus gloriarentur Iudei, esse necessaria, neque ad amorem atque fauorem diuinum consequendum, neque ad Deum ritus colendum. v. 49. 50. *Deinde* narratione sua docere voluisse videtur, se nec Mosen, quem superstitioso fere cultu prosequerentur Iudei, spernere, sed magni eum facere, maximeque venerari; unde liceat intelligere, quantum ab ipso absit, contumelias in legislatorem vatumque eorum principem effundere. *Tertium* denique, quod monuisse videtur Stephanus auditores, in Mosis in primis atque Iosephi historia narranda, est hoc, hanc semper inde ab antiquissimis temporibus Israelitarum indolem atque morem fuisse, ut bonos probosque viros inuidia atque odio prosequerentur, vel morte adeo afficerent, legibusque et institutis diuinis semper sele gererent obstinaces repugnacesque. Eadem hacce ratione ciuium iniurias atque perfidiam, quia in Iesu Messia usi sint, tacita accusat reprehensione. Haec fere sunt argumenta, per totam Stephani orationem dispersa, in unum collecta, atque ob oculos positata.

Accedamus nunc ad quaestionem de orationis huius *advertia*. Duo hic potissimum sunt quaerenda: primum quidem

quidem, sitne illa vere dicta a Stephano, historico autem nostro litteris mandanda tradita? an potius a Luca excogitata atque inuenta? Deinde illane ita fit habita a Stephano, ut Lucas eam litteris consignatam reliquerit? an oblitterata aliena manu atque immutata?

Primum igitur, cum in veterum historicorum libris orationes habeamus, maximam partem ab his ipsis scriptoribus inuentas atque excogitatas, et nusquam fere a clarorum virorum personis, ex quorum ore perorantur, habitas, sed artis monstrandae causa conscriptas: facile quis in eam cogitationem incidere potest, sitne et Stephani oratio a Luca inuenta, conscripta, et ex Stephani tantum ore perorata? Sed sunt quadam argumenta, quae ita de hac oratione statuere dissuadeant. Lucas enim si eius fuisset auctor, probabile est, eum conscripturum fuisse orationem magis elaboratam, melius dispositam, et, quantum pro ingenii ratione fieri posset, ornatiorem. Deinde quae tandem causa commouere potuit Lucam ab historiarum veritate aberrare, multaque vel praeter fidem, vel contra omnem veritatem narrare? Historico enim meditato atque cum otio scribenti aegrius condonantur errores, quam subito et memoriter dicenti. Si denique et generis dicendi diuersitas aliquam vim habet, mihi saltem ob tria haec argumenta oratio nostra a Luca haud videtur fuisse inuenta, sed ex exemplo, in manus eius tradito, exscripta, atque libro suo inserta.

Ad alteram quaestione quod attinet, num ista oratione sit ita a Stephano habita, ut eam a Luca litteris consignatam legimus? an ea sit in locis quibusdam immutata? nihil possumus hac in re satis certe atque confidentius affirmare, nihil negare. Quanam enim ratione in Lucae manus peruerterit, plane ignoramus. A Luca saltem, cum corrigendi adesset ratio atque occasio, nihil emendatum, nihil immutatum, sed, quomodo acceperat orationem, ita reddita ab illo videtur. Sed rationes aliquas, quibus oratio Stephani tradita esse potuit, fingere atque proponere non videtur alienum. Seruata haud dubie fuit oratio ab audiente quodam, qui vel inter dicendum calamo eam exceperat, vel, cum hoc ob multitudinis circumstantis turbas atque tumultus vix fieri posset, memoria mandatam litteris consignauerat. Cum vero vix mortalium quisquam ea sit memoria praeditus, quae totam orationem ita teneat, ut nec ullum verbum, nec illa sententia eum effugiat: facile oritur suspicio, potiora tantum orationis capita atque argumenta esse ab auditore quodam arrepta, ex suo ingenio, dum consignaret eam, proposita atque instructa, pasimque nonnulla de suo esse addita. Hoc si ita fese haberet, sique is, qui orationem Stephani litteris mandasset, fuisse homo iudaica et rabbinica eruditione admodum imbutus: haud veri dissimili quaedam coniectura existimare quis posset, quae vel rabbinicas fabulas atque commenta redoleant, vel memoriae dicentis fallaci tribuenda videantur, non Stephano esse vitio danda, sed illi homini, qui litteris eius orationem mandauerit, et ex cuius manibus

ora-

orationem, vel cuius exemplar Lucas acceperit. Quam difficile fuerit inter auditorum tumultus orationem calamo excipere, supra iam fuit monitum. Sed quod auditorum forte nemini licuit, id scriba fortasse publicus muneris atque officii auctoritate fecit. Quo tunc vero modo oratio in Lucae manus peruererit, haud facile est dictu, nisi forte cogitaueris de ope atque cura Paulli Apostoli, Lucae familiarissimi, et in Stephani caussa quondam nequaquam otiosi, cuius etiam auctoritate atque fide in narranda Stephani historia usus fuisse videtur scriptor noster, et qui forte orationis huius habebat exemplum, quod Lucae traderet. Hoc si ita contigisset, certiores nos esse possemus, Lucam exemplari non contemnendo, quod omni cum fide libro suo reddidit, usus usum; quanquam et scribam falli atque labi potuisse inter scribendum, debeamus fateri. In tota igitur hac quaestione multa quidem coniectura possumus assequi, nil vero certis argumentis affirmare. Ne autem alienis gloriari videar pennis, non pudet fateri, horum omnium, quae adhuc ex coniectura sunt disputata, cogitationem mihi inieciisse familiarem atque aqualem quandam meum, longe inde a pueris consuetudinis atque institutio-  
nis vinculo mihi coniunctissimum, quocum ante aliquod tempus per litteras de hac oratione sum collocutus, quem vero, inuito atque inscio illo, publice nominare non audeo. Quae igitur mutuo mihi dedit, grata atque accepta ei referto. Semina autem ab eius manu agro meo inspersa, alere, fouereque sum conatus.

Supereft, vt de iis pauca moneam, quae in legenda  
 hac oratione maximam mouent difficultatem, h.e. de iis,  
 quae a Stephano vel contra factorum veritatem, vel pree-  
 ter vllum veritatis argumentum narrata videntur. Prioris  
 generis exempla comm, 2. 4. 14. 16. alterius c. 16. 23. 30.  
 inuenies. Vid. nott. ad h. l. Omnes hae difficultates fa-  
 cile delerentur, si, eas non a Stephano, sed ab illo, qui  
 eius orationem litteris mandauerit, esse profectas, satis  
 certe possit demonstrari. Sed videamus, annon, etiam si  
 orationem ita, vt eam nunc legimus, a Stephano dictam  
 esse faciamus, eaedem difficultates atque impedimenta pos-  
 fint remoueri, vt nullum inde nec Stephano nec litteris fa-  
 cris nasceretur crimen. Loca enim ista magnam mouent  
 difficultatem, quia libros ex diuina institutione et modera-  
 mine conscriptos magni dissensus inter se, qui in hosce li-  
 bros cadere nullo modo potest nec debet, arguunt. Ste-  
 phani enim orationem si cum libris illis, ex quibus res suas  
 narrat, comparamus, sequitur, alterutrum vel Mosen er-  
 rasse vel Stephanum. In Mosen vero temporum, quo-  
 rum res narrat, nisi aequalem, multo tamen propiorem,  
 vix erroris cadit suspicio. Sed Stephanum si cogitas ex in-  
 praeparato atque subito dicentem, nec non Iudeorum  
 commenticiis narrationibus ore traditis imbutum: quid  
 mirum, nisi incideris in eam suspicionem memoriam de-  
 fecisse Stephanum, eumque multa e parum certis narratio-  
 nibus veris substituisse? Sed caderene potest vlla erroris su-  
 spicio in hominem Θεοπνευστον? Nequaquam. Sed quae-  
 rendum est, an Stephanus, diuino afflatu actus, dixerit

in

in iudicio, nec ne? Evidem affirmare hoc, cum grauiora adsint dubitandi argumenta; nullus audeo. Primum enim haud vnicuique Christianorum doctori contigit olim Θεοπνευστας beneficium, sed Apostolis tantum, atque iis, qui peculiari nomine solebant appellari προφηται. Nam singulis Christianis praeter Apostolos singula dona miraculosa fuisse distributa, apparet ex 1 Cor. XII, 4-12. Inde Stephanus poterat miraculorum edendorum potestate esse praeditus, neque tamen Θεοπνευστας beneficio insignis. Nec inter prophetas Stephanum fuisse, vsquam legimus relatum. Deinde orationem hancce fuisse a Stephano diuino afflato acto habitam, nec vlo declaratur verbo. Vix pertinet hoc locus C. VI, 10. Hoc enim si voluisset scriptor, dixisset haud dubie τω πνευματι αγιω, vti C. IV, 8. Deinde pertinent haec verba non ad orationem hanc, sed ad disputationem, quam cum aduersariis inierat, videntur ea significare orationis vim argumentorumque grauitatem, quibus usus sit in dicendo. Si igitur Stephanus non est vir Θεοπνευστος, facile ferri possunt (si hoc nomine vti liceat) eius errores, nec inde, vti nec ex aliorum hominum non diuinitus afflatorum dictis Sacro Codice consignatis, ullum huic oritur detrimentum. Nec noui nec miri aliquid proferre me, sane sum conscius, cum grauissimos eiusdem sententiae habeam autores, quorum vnum tantum MICHAELM Ill. liceat mihi nominare \*); nec summos plu-

\* ) Vid. Commentationem de chronologia Mosis post diluvium §. 15, quam in Commentatt. Societ. reg. Goett. per ann. 1762-68. oblatis inuenies; et praefationem ad Theologiam typicam. p. 25. sqq.

plurimosque nostri temporis SS. LL. Interpretes eadem sentire ullus dubito.

Haec fere sunt, quae ad orationem Stephanianam illustrandam atque explicandam habebamus; quae si eruditissimis viris, quos in causa mea iudices federe velim, quorumque monita gratissimo semper animo sum accepturus, non prorsus displiceant, laetabor summumque laboris habebo praemium.

ERRA-



## E R R A T A.

- P. 9 not. 5 lin. 4 mutandum est punctum in (,) post *exciderant*.  
— 10 n. 7. lege *ωτει* pro *ησει*.  
— — — lin. 5 lege *ἐιδεναι τ. προσωπουν*.  
— 14 n. 16 lin. 2 lege *cum* pro *eum*.  
— — — 20 — 2 lege *ברית*.  
— 18 in textu lege *Aegyptios*. lin. 5.  
— 21 — — lin. 9 l. *inferebat*.  
— 23 n. 51 lin. 12 *fortasse*.  
— — — — 13 *calceis* pro *calcis*.  
— — — — *transferre*.  
— 24 n. 57 lin. 10 post *videtur* pone (,),  
— 27 — 67 — 6 lege *inste* pro *iniuste*.  
— 24 — 70 — 3 a fine, lege *dissertatio*.  
— — — 71 — 1 lege *ασφον*.  
— 31 — 81 — 1 lege *προσωπ8*.  
— — — — 6 *relinquerent*.
-

36 70  
11 21

A T A 7 8 1


Anambyos. (G. C. in Umbria) - Anambyos. (G. C. in Umbria)

VDI 8

ULB Halle  
008 252 653

3





B.I.G.

IN

HISTORIAM ATQVE ORATIONEM

STEPHANI

PROTOMARTYRIS

*Act. VI. et VII.*

COMMENTATVS EST

JOANNES CHRISTIANVS HENRICVS KRAVSE

COLLEGII REGII REPETENTIVM THEOL. ORD.

SODALIS.

AB

36 10  
i. 21

GOETTINGAE,  
J. O. CHRIST. DIETERICH,

1780